UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Nilo. 219.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

vnguibus armata, deuorans & cõminuens & conculcans, nec ad vllius animantis ſimilitudinem accedens, Romanorum Imperium perſpicuè deſignabat, vtpote ex omnibus nationibus & tribubus compactum, omníque robore & gloria in ſeipſo præditum. Neque enim vno nomine exprimendum vidit Propheta principatum illum, qui potentiæ ſuæ iugum in omnes extendit, atque Dominicæ incarnationis tempore in infinitum imperium proceſſit.

κωμένον, καὶ ὄνυξι χαλκοῖς προσωπλισμένον, ἐσθίον καὶ λεπτῦνον καὶ καταπατοῦν. οὐδενὶ ζώῳ ὡμοιωμένην τὴν ῥωμαίων ἐπιδήλως ἐσήμανεν, ἐκ πάντων ἐθνῶν καὶ φυλῶν συντεταγμένην, καὶ πᾶσαν ἀλκὴν καὶ δόξαν ἐν ἑαυτῇ κεκτημένην. οὐ γὰρ ἑνὶ ὀνόματι παραστῆσαι ἑώρακε τὴν ἐπὶ πάντας τὸν ζυγὸν τοῦ κράτους ἐκτείνασαν, καὶ εἰς ἀπέραντον βασιλείαν τῷ καιρῷ τῆς σαρκώσεως τοῦ κυρίου προκόψασαν. σα.

Nilo. 219.

Νείλῳ. σιθ.

Exod. Igni aſſas agni carnes edebant Hebræi, magnum diuinæ incarnationis myſterium per huiuſmodi eſum typicè adumbrantes, ac Dei agnum prædicentes, qui diuinæ eſſentiæ ignem, modo ſermone omni præſtantiore, cum ea carne connectit, quæ nunc à nobis editur, vitiorúmque remiſſionem affert.

Ὀπτὰ πυρὶ τὰ κρέα τοῦ ἀμνοῦ ἤσθιον ἑβραῖοι, τυπικῶς τὸ μέγα τῆς θείας οἰκονομίας μυστήριον σκιαγραφοῦντες διὰ τῆς βρώσεως, καὶ τὸν ἀμνὸν τοῦ θεοῦ προμανθάνοντες, τὸ πῦρ τῆς θείας οὐσίας σαρκὶ ἀφράστως συμπλέκοντα, τῇ νῦν παρ' ἡμῶν ἐσθιομένῃ, καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν κακῶν ἐργαζομένῃ.

Peluſiotis Monachis. 220.

Τοῖς ἐν Πηλουσίῳ μοναχοῖς. σκ.

Religioſæ vitæ certum argumentum haud eſt, Fratres, pallij ac promiſſæ barbæ oſtentatio. Seceſſionis Monaſticæ cupiditas non eſt, in vrbibus ac tumultibus immoratio. Nemo Chriſti aruum ſulcat, ſpinarum feracem voluptatem amplexans. Philoſophiam conſequi non poteſt, qui in verborum pugnis & concertationibus operam ſuam collocat. Per continentiam purgari non ſuſtinet, qui ciborum ſuauitates ac delicias quærit. Quamobrem ſi legitimè certare volumus, per habitum à faſtu & oſtentatione alienum, & monaſticũ otium, & tranquillitatis virtutem, quietíſque cuſtodiam, ac victus tenuitatem, bonum certamen certemus.

Οὐκ ἔστιν, ἀδελφοί, ἀσκήσεως πληροφορία, τρίβωνος καὶ ὑπήνης ἐπίδειξις. οὐκ ἔστιν ἀναχωρήσεως ἐπιθυμία, ἡ ἐν πόλεσι καὶ θορύβοις ἀνάφυρσις. οὐδεὶς τὴν χριστοῦ αὔλακα τέμνει, τὴν ἀκανθοφόρον ἀσπαζόμενος φιλοπάθειαν. οὐ δύναται κατορθῶσαι φιλοσοφίαν, ὁ λογομαχίαις προσασχολούμενος. οὐκ ἀνέχεται καθαρθῆναι δι' ἐγκρατείας, ὁ βρωμάτων καλλονὰς ζητῶν καὶ ἁβρότητας. εἰ τοίνυν νομίμως ἐθέλομεν ἀθλεῖν, καὶ σχήματι ἀκόμπῳ, καὶ μονήρει χολῇ, καὶ ἀπαθείας ἀρετῇ, καὶ ἡσυχίας φυλακῇ, καὶ λιτότητι τροφῆς, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνισώμεθα.

Iſidoro Presbytero. 221.

Ἰσιδώρῳ πρεσβυτέρῳ. σκα.

1.Cor.15. Si mortui omnino non reſurgunt, ecquid etiam nonnulli pro ipſis baptizãtur? ait diuinus Apoſtolus, atque corporis naturam tã præclarè cum animæ integritate

Εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ αὐτῶν; ὁ θεῖος ἔφη Ἀπόστολος, τὴν τῶν σωμάτων φύσιν οὕτω καλῶς συγκρινομένην τῷ τῆς καλῶς

ψυχῆς